

100

098

104

Dominus Johannes Wernherus de Cymbern Baro, vir  
decorus et prudens, elegantia morum praestans, doctus in  
lingua latina.

094

Dominus Hainricus de Stoessel, sacri Imperii Baro, vir  
industrius et strenuus, moribus virilis, sicut verus nobilis  
Suevus.

109

Dominus Johannes Truchsas de Waldpurg, nobilis procerae  
staturae, vir de honestis et nobilibus moribus, seriosus, et  
de sua salute sollicitus.

089

Dominus Ber de Rechberg, nobilis de Hohenrechberg  
junior omnibus, sed animosior, fortior, longior, jocundior et  
mitior, liberalior.

049

Hi quator Domini nobiles secum habebant sequentes  
famulos, quorum nomina ista sunt, cum conditionibus status  
et officiorum.

199

Baltasar Büchler: vir matus et multorum expertus, cuius  
consiliis Domini omnes fovebantur et regebantur, eumque ut  
Patrem habebant.

Artus, Dominorum barbitonsor, in musicis instrumentis  
adeo dulcis et promptus, quod non creditur, ei fuisse similis.

Johannes dictus Schmidhans, armiger, qui pluribus bellis  
interfuit, et Dominorum in peregrinatione servitor extitit.

Conradus Beck, vir honestus et providus, civis de Meren-  
gen, qui Dominorum provisor fuit et procurator. (33A)

Petrus quidam, simplex et bonus socius, patiens in adversis,  
de oppido Waldsee, qui fuit Dominorum et totius societatis  
cocus.

Ende

Ulricus de Rafenspurg, quondam in mari Galeotus,  
multarum miseriarum expertus, arte institor, et Dominorum  
interpres.

Anfang

Johannes quidam vir pacificus, in Dominorum servitio  
sollicitus, puerorum instructor et magister in Babenhusen.

Frater Felix, sacerdos Ordinis Praedicatorum de Ulma,  
secunda vice peregrinus terrae sanctae, Dominorum et omnium  
jam dictorum capellanus.

Hi duodecim inseparabiliter cohaerebant, et communibus  
expensis praedictorum quatuor Dominorum vivebant. Igitur  
praefati quatuor Domini, hospitem ad se advocantes fecerunt

